

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Thesaurus armorum spiritualium ultimo mortis conflictui
comparatus et collectus - Cod. Donaueschingen 352**

Villingen, Benediktinerkloster St. Georgen im Schwarzwald, 1733

"Si Agonia nimium protrabatur poterit recitari vel Officium parvum de
Sancte Cruce [...]"

[urn:nbn:de:bsz:31-93309](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-93309)

173.

beatissimi Spiritus Sancti Angeli
 Dei ! et cum in extremis
 vestram opem non amplius
 implorare poterō ? ne me des-
 serite.

S. Angele Custos, defende
 me in hoc proelio, ut non peream
 in tremendo Iudicio.

Ad Omnes Sanctos.

O Sancti Dei Omnes, intercede-
 re dignemini pro anima
 mea Salute.

Ab. Si Agonia nimis protrahatur
 poterit recitari vel Officium
 parvum de S. Cruce, vel 7.
 Psalmi Poenitent. Vel Psalm. 3.
 Domine quid multiplicati sunt.

174.
 Vel Psalm. 22. Dominus regit
 me .pp. vel. 24. Ad te Dne
 levavi animam .pp. vel 30. In te
 Domine speravi .pp. vel 124.
 Cui Confidunt in Domino .pp.
 vel 139. Eripe me Domine .pp.
 Coterit etiam frequentius recit
 tari Oratio Dominica, et in
 ea sepius repeti: Et ne nos
 inducas in tentationem .pp. Vel
 etiam Angelica Salutatio. Vel
 etiam Sub tuum praesidium .pp.
 aut Hymnus Ave Regina Coe
 lorum. Sive Salve Regina .p.
 Item Hymnus Ave Maris
 Stella .pp.

Presentetur insuper ei Imago
 Christi è cruce penduli, vel
 B. Virg. Mariae, aut Sancti
 illius, quem peculiari Venez

175.

ratione colebat. Adhoretur
 præterea in Crucifixi Imagine
 suo osculo amplectatur in
 signum amoris, et confessio-
 nem fidei, spei, et charitatis,
 atq; Gratiarum Actionis.

Si à Fidei veritate quocumq; modo
 exorbitaret, proponatur ei
 S. Martyrum exemplum, qui
 in testimonium huius Ortho-
 doxa, et vera Religionis Chris-
 tianæ, tot et tanta tormentorum
 Genera sunt perpassi.

Si peccatorum suorum veniam
 desperaret, proponatur ei, quod
 etiamsi maxima fuisset eius
 impietas, maior tamen sit
 Dei misericordis clementia et
 pietas, quæ excedit omnium
 criminum quantitatem, et

176.
 numerositatem, quæ in communi
 posita sit, et offeratur omnibus,
 et cuius nemo sit expertus, nisi ille,
 qui eam renuerit, siq; infinita,
 et quamvis esset peccatorum ab
 origine mundi commissorum
 ingens numerus, minima tamen
 gutta pretiosissimi Sanguinis
 Domini nostri Jesu Christi in
 Passione diffusi, praeponderaret.
 Præterea admonetur, quod
 Judæus, qui sceleratissimus omnium
 habetur a Dei singulari Clemen-
 tia in gratiam deum susceptus
 fuisse, cum à suavissimo Jesu
 amicus fuerit appellatus, modo
 resipisset, et veniam non despe-
 rasset, quâ spei abiectioe plus

peccaverit
 Magistri
 Deniq;
 peccatorum
 culus fidei
 quantum
 homo p
 poenitent
 suorum
 consequi
 diderit,
 non possi
 si p
 receptione
 ostendat
 Sacramen
 profuturo
 et quod

177.
 peccaverit Judas, quam impiam
 Magistri Sui proditione.

Denique proponatur ei, quod
 peccatorum remissio sit Arti-
 culus fidei, quo significetur, quod
 quantumcumque, et quotiescumque
 homo peccaverit, per veram
 poenitentiam tamen, omnium
 suorum peccatorum remissionem
 consequi possit: quod, nisi cre-
 diderit, verum Christianus esse
 non possit.

Si S. Sacramentorum Ecclesie
 receptionem differre videatur,
 ostendatur ei, quod maturam
 Sacramentorum receptio potius
 profutura sit, quam nocitura.
 Et quod forsitan nulla deinceps
 hora

178.

in tam exoptatam Occasionem
 sit ventura Sacramenta suscipiendi.
 Non tamen Agrote facienda est
 nimia spes, corporalis Salutis
 consequenda, ne ea ex morien-
 tis animo, Salutis spiritualis
 curam exentiat.

Homagia Octena
 In Vita et Morte Deo praes-
 tanda:

Reddite, quae sunt Dei Deo. Math. 22.

Homagium i.
 Summa Excellentia, Principi Pontifici
 Omnium esse Domino Vitae et Mor-
 tis praestandum.

Actus Adorationis
 Dominum Deum tuum adorabis. Luc. 4.